



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

345. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 339
set, nequaquam Dominus in evangelio inter
principalia crimina adnumerasset. Ait enim:
*De corde exēunt homicidia, adulteria, furta,
falsa testimonia.* Et ideo similiter debet pœni-
tere & excommunicari falsus testis sicut adul-
ter & fur & homicida.

De eo qui hominem furatus fuerit. *Ex epistola*

*Rabani Episcopi ad Reginbaldum
Chorepiscopum.*

CCCXLIV. Primò interrogasti quid de
eo faciendum esset qui hominem Christianum
sollicitando fuerit furatus, & ad paganam
gentem tradendo vendiderit. Ad quod tunc
respondi, homicidij reatum ipsum hominem
sibi contrahere mihi videri. Quod & postea,
legens divinam legem, in Deuteronomio ita Deuter. 19.
reperi, animam pro anima homicidam redde-
re debere, oculum pro oculo, dentem pro den-
te &c. Et rursum: *Si quis deprehensus fuerit Deuter. 24.*
sollicitasse fratrem suum de filiis Israël & ven-
didisse, accipiendo pretium, interficiatur. Un-
de mihi videtur, sicut pars sententia in lege di-
vina est constituta de homicida & de fure ho-
minem vendente, sic & canonica auctoritate
pari modo plectendum esse qui fratrem suum
furando atque sollicitando vendiderit, & il-
lum qui proximum suum, hoc est, Christia-
num hominem, injustè peremerit.

De eadem re. *Ex Lege Theodosiana*

lib. ix.

CCCXLV. Hi qui filios alienos furto Interpret. l. un.
abstulerint, & ubique transduxerint, five Cod. Theod.
ad legem Fab.
Y ij